Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

doloſiſ. De vultu tuo iudicium meum prodeat:
oculi tui videant equitates. Probaſti cor
meum et viſitaſti nocte: igne me examinaſti:
et non eſt inventa in me iniquitas. Ut non
loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum
tuorum ego cuſtodivi vias duras. Perfice greſſus
meos in ſemitis tuis ut non moveantur veſtigia
mea. Ego clamavi quoniam exaudiſti me deus:
inclina aurem tuam mihi et exaudi verba mea.
Mirifica miſericordias tuas: qui ſalvos facis ſperantes
in te. A reſiſtentibus dextere tue: cuſtodi me
ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum
protege me a facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circumdederunt: adi
pem ſuum concluſerunt: os eorum locutum eſt ſuperbiam.
Proicientes me nunc circumdederunt me: oculos
ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Suſceperunt
me ſicut leo paratus ad predam: et ſicut catulus
leonis habitans in abditis. Exurge domine
preveni eum et ſupplanta eum: eripe animam
meam ab impio frameam tuam ab inimicis ma
nus tue. Domine a paucis de terra divide
eos in vita eorum de abſconditis tuis adimple
tus eſt venter eorum. Saturati ſunt filiis: et dimiſe
runt reliquias ſuas parvulis ſuis. Ego autem
in iuſticia apparebo in conſpectu tuo ſatiabor
cum apparuerit gloria tua. anti. Inclina domine
aurem tuam mihi et exaudi verba mea.
Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamen
tum meum et refugium meum et liberator
meus. Deus meus adiutor meus: et ſpe
rabo in eum. Protector meus et cornu ſalutis
mee: et ſuſceptor meus. Laudans invocabo
dominum: et ab inimicis meis ſalvus ero. Circum
dederunt me dolores mortis: et torrentes in
iquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni
circumdederunt me: preoccupaverunt me la
quei mortis. Et in tribulatione mea invocavi
dominum: et ad deum meum clamavi. Et exau
divit de templo ſancto ſuo vocem meam:
et clamor meus in conſpectu eius introivit
in aures eius. Commota eſt et contremuit